UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 51. Tabor urbs everta, atque succensa

urn:nbn:de:hbz:466:1-66507

Visual Library

Sæcul. XV.
A.C. 1458.

§. LI.

Tabor urbs everſa, atque ſuccenſa.

Podiebracius Rochiſanam ad ſuas partes trahit, hic vero Taboritarum factioni ſe favere ſimulans, illos hortatur, ut abjecta appellationis via omnibus, quæ in Generalibus Huſſitarum comitiis decernerentur, ſeſe ſubmitterent, ac ad eundem conventum ſuos quoque Oratores ablegarent. Cum autem in hoc congreſſu eorum ſecta damnata fuiſſet, illi ſeſe ſententiæ latæ ſubjicere recuſabant: hinc Podiebracius totum exercitus ſui robur in eos educit, urbemque Tabor obſidione cingit; Verum obſeſſi invicto prorſus robore ac pertinacia reſtiterunt. Cum ergo obſidio jam ſolidum annum teneret, Podiebracius urbem vi occupat, & obſeſſos tanta ſtrage afficit, ut ad unum omnes deleti fuerint. Aſt cum Taboritæ urbem ſuam validiſſimis firmaſſent munimentis, Podiebracius verebatur, ne regno ſuo, exſtantibus quibusdam rebellionis veſtigiis, plena deinceps, ut optaverat, tranquilitate haud frui poſſet, urbem ideo evertere decrevit, eamque continenti incendio totam conſumi, illiusque munimenta funditus everti præcepit.

§. LII.